



I N D E X P R I M U S.

METALLA PERFECTA.

AURUM.

Juliae, ac Montium Ducatus sat fecun-
dos Metallis esse, pauci sunt, qui nes-
ciant. Sanè è solis fodinis Wildbergicis, & Heid-
bergenfibus (neque enim de aliis hucusque expe-
riri certi quidquam potui) ab anno 1718, quo
prima Metallicorum manus admota fuisse fertur
eruen-
dis ibidem metallis, uti in monumentis au-
thenticis me nuper admodum legere memini, us-

que ad annum 1771, ad quem pertingentes duntaxat Tabulas inspexi, supra sexcenta & octoginta sex millia, nongentorum ac sexaginta Florenorum proventum fuisse scimus:

Fæcunditate tamen metallorum nobiliorum auri & argenti Patriam nostram Bohemiæ, Hungariæ, Saxonie, aliisque hoc titulo celebratissimis Regionibus facile cedere, lubens æque hic fateor, atque ante me in sua Oryctographiâ * Cl. Jacob. Bajerus de suo Norico idipsum concessi. Expertem tamen omnino auri argentique non esse Patriam nostram cum eodem ausim dicere.

Larvato, ** vel Pyrite mineralisato, *** vel in Zinci minerâ latenti, ac non nisi per ignem educendo, non exiguis impensis suis Minerophili aliquot admovere manum, fortassis nihil dubitantes de secundis successibus, spebus suis conceptis paribus; verùm non respondit sumptui labor. Sed

* Oryctograph. Noric. Edit. Norimberg. MDCCLXIX. pag. 91. C. X.

** Vid. à Born part. I. pag. 67.

*** Ibid. pag. 68.

Sed neque de Narivo, quod Rhenus hinc inde projectat, emolumenta, quod sciam, quæ sint operæ pretium, hucusque traximus. Certè destitum propterea à nonnullis haud ità pridem fuit ab ulteriore indagine, ne aurum mercari auro viderentur, quod effodiendis, & elaborandis aliis minus nobilibus, quæ è sinu Patriæ copiosè satis eruntur, metallis impendi utilius poterat, quod hic obiter duntaxat meminisse sufficiat.

Ex analectis meis indico sequentia.

- N. 1. Aurum nativum Rhenanum particulis minimis in arenâ flavescente fragmentis filicinis nigricantibus mixtâ. * è Rbeno prope Mündelheim in Ducat. mont. Satrap. Angermund.
- N. 2. Aurum nudum arenæ fulcæ granulatum admixtum. ** è Rbeno prope Cæsaris Fusulas.
- N. 3. Aurum nativum nudum solum arenæ granulæ majusculis, sed rarius immixtum. è Rbeno prope Steinen.

B 3 2

N. 4.

* Vid. à Born part. 2. pag. 108.

** Waller. pag. 411. §. 131. Spec. 304.

N. 4. Aurum Rhenanum granulis malleabilibus compressis, rotundis colore vel pallido, vel plumbeo arenæ mixtum. *prope Düsseldorfium.*

N. 5. Aurum nativum admixtum globulis minere ferri retractorii arenæformibus, nigricantibus. *ibidem.*

Ex ejusmodi auro Rhenano, ad normam conventionis cusus est anno 1767 nummus, valore Ducatum æquans, è cujus parte adversâ videre est Caput Serenissimi Electoris Palatini sinistrorsum respiciens, cæsarie ad cervicem fasciâ leniter colligatâ, ejusdemque cincinnis in humerum dextrum defluis cum Epigraphe: CAR. THEODOR. D. G. C. P. R. S. R. J. AT. & EL. ex averâ verò Mannhemium munimentis cinctum Sole supra urbem radios dextrorsum vibrante; ultra cis præterfluentem Rhenum Metallicos, Pusionum formâ præcinctos, arenam auriferam curricula convehentes, fecernentes, ac prope Tabernacula sua cribrantes, cum inscriptione: *Sic fulgent Littora Rheni.* Inferius ad norm. conv. 1767.

* Onomatolog. hist. nat. Tom. 2. pag. 107.